



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in  
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ  
CXXXIX.**

**Gwalther, Rudolf**

**[S.l.], 1570**

**VD16 W 1048**

Homilia XXIII. Et ingressus est iterum synagogam, & erat ibi homo arefactam habens manum, et obseruabant eum, an sabbatis esset eum sanaturus, ut accusaret illum. Et ait homini habenti manum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Quomodo ho-  
mo sabbati &  
externorum  
omnium sit do-  
minus

Ceterum ista non sic accipi debent, quasi homini in his pro suo arbitrio quidvis statueret & agere  
liceat: sed verum omnium externorum usum Christus tradidit, ne illis per superstitionem ad nostrum  
sive aliorum hominum interitum abutamur, quae nostrae salutis causa Deus instituit. Et de vera  
sabbati observatione in sequenti historia plenius dicitur. Nunc obseruasse sufficiat, externa omnia  
charitati cedere debere, ne laqueus ipsius iniiciatur, quos necessitas inuitabilis alio vocat. Quod si qua  
diuinitus instituta sunt, charitati cedere debent, quando magis humanas traditiones illis cedere  
conuenit? Quo argumento totius Papatus tyrannis arguitur, quando in hoc omnia charitati ad-  
uersantur, & quae parentibus, liberis, magistratibus, coniugibus, vniuersis denique & singulis de-  
bentur officia, securè negliguntur, dummodo monachorum regulae & patrum traditiones in pretio  
habeantur. Nos itaque Dei gloriam & proximi utilitatem in omnibus spectemus. Ita fiet, ut Chris-  
ti exemplum secuti in eodem viuamus, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum  
Amen.

C A P V T III.

H O M I L I A XXIII.

ET ingressus est iterum synagogam, & erat ibi homo arefactam ha-  
bens manum, et obseruabant eum, an sabbatis esset eum sanaturus,  
ut accusarent illum. Et ait homini habenti manum arefactam: Surge in  
medium. Et dicit illis: Vtrum licet sabbatis benefacere, an malefacere:  
animam seruare, an occidere? At illi tacebant. Et cum circumspexisset  
eos cum iracundia, condolecens super caecitate cordis eorum, dicit ho-  
mini: Extende manum tuam, et restituitur ei manus illius sa-  
na ut altera.

Argumentum  
& usus praes-  
entis loci.

**V**T homo pro corrupto carnis ingenio in errores facile prolabitur: Ita ex ipsa diffi-  
cultate in viam redire potest. Quare in corrigendis erroribus non modo diligenter, verum etiam  
frequenti doctrina & admonitione opus est. Obseruat hoc in sabbati reformatione Chris-  
tus. Huius religionem omnem in corporis otio Iudei consistere putabant, & eo magis  
progressi, ut non tam superstitiosi quam ridiculi cenferi possent, sicuti nuper dictum est. Quia  
104. 5. 7. 9. & c. annes vno & altero exemplo probat) Christum propter opera, quae diebus sabbati sanctissimi  
& saluberrima edebat, damnare & fastidire solebant. Frequenter ergo Christus hanc illorum su-  
perstitionem resellit, & ut maior sit doctrinae ipsius auctoritas, eandem factis miraculis illustrat.  
Et nuper quidem ostendit, sabbatum propter hominem institutum esse, & prouide illos non  
falli, qui propter hoc suam ipsorum salutem negligunt. In praesenti vero, ne proximi quidem salu-  
tem negligi debere docet, & quibus potissimum operibus sabbatum sanctificari soleat. Inter  
genere admonemur, externa omnia cum nostrae tum proximi salutis seruire, & non propter erro-  
res, qui ita illis addicti sunt, ut propter illa fidei & charitatis officia negligant. Sed praestat ipsam  
viam inspicere.

Christus syna-  
gogam ingre-  
sus docendi oc-  
casione captat.  
Matth. 12.  
Christi studium  
in procuranda  
salute nostra.

Christus Iesus, ut de hac re agendi occasionem inueniat, ipso die sabbati synagogam ingressus  
& quidem illorum (ut Matthaeus scribit) qui paulo ante illum inuidiose nimis calumniati fuerant.  
Et mox occasio offertur, quando illic est, qui manum arefactam habens, illius ope indiget. Hoc  
autem non obseruatione modo, verum etiam admiratione dignum est. ardens illud Christi studium,  
quo in hominum salute procuranda vitur. Esi enim nupiam non ipsi insidiantur acerrimi hostes,  
qui omnia ipsius odiose carpunt, & se hucusq; nihil aut parum profecisse videat: non cessat rancore,  
salutis doctrinam indignis quoque, imò inuitis & reluctantibus offerre, nec earum synagogarum in-  
dedignatur, in quibus pharisaei, hostes ipsius acerrimi, dominabantur. Et hoc animae naturae ar-  
gumentum euident. Dei enim proprium est, per petuo saluandi studio teneri, nec hominum indignitatem



Christus hostium infidias nouit, & cludit.

Sed ad Christum redeamus, qui cum illorum cogitationes (vt Lucas ait) probe nouisset, sicq[ue] illos quoq[ue] interrogat, dicens: Verum licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam seruare, an occidere? At illi tacent, ne aut nimium impudentes sese praebeant, aut anxie captatam ipsam accersandi occasionem amittant. Facile enim vident, quorsum res euasura esset, si quid respondissent. Rescitur ergo Christus illorum improbitati, & simul condolet, quod tam obstinatis animis contra veritatem & propriam salutem luctari videat. Mox vero hominem, cuius dextera aresilla erat, progerere, in medium progredi, & manum extendere iubet, & eidem occulta diuinitatis suae virtutem miratur: Ita nimirum re ipsa docens, sabbato beneficentiae officia, sicubi necessitas urgeat, minime velle vel differri debere, nec permittendum, vt ob huius religionem praeposteram homo pereat, aut in periculo constitutus deseratur.

De sabbato, quid sit & quibus eius usus. Genes. 2. Exod. 20.

Nobis autem in presenti quaenam sabbati ratio sit, considerandum erit. Sabbatum proprie quietem & vacationem ab opere seruili significat, & simul pro die septimo vsurpatur, quem Deus ipsa mundi origine quieti sanctae consecravit, & postea in Lege singulari praecipito confirmavit. Et licet primitiua ecclesia sabbatum, quatenus vmbra legalis fuit, abrogari, ne aliqua in re iudicium saperet, quietem tamen & otium illud sacrum non aboleuit, sed illius obseruationem in diem primum transtulit, quem Dominicum vocare placuit, eo quod Christus Dominus illo die mortui resurrexit. Eius ergo idem vsus est, qui olim apud veros Dei cultores sabbati fuit. Potest in duobus capitibus comprehendi. Primo fidei & religionis seruit, quo nomine Domini sabbatum dictum scripturis, eo quod Deo consecratus est dies hic, & ijs studiis quae ad Dei honorem spectant. Alter pertinet vniuersum religionis externa exercitium, & qui sabbato, quoad hanc partem, nititur, ceteris sacros adeunt, Dei verbum audiunt, voluntatem illius sedulo inquirunt, in operum & officiorum ipsius consideratione versantur, precibus vacant, deniq[ue] omnis omnibus, quae competunt, sese totos ad aeterni illius sabbati considerationem componunt, quo olim in talis fuerunt. In cul ergo abijciunt impura carnis opera & insanum voluptuandi studium. Quod illud Augustinus ferri debet: Intus est, in corde est sabbatum nostrum. Deinde charitati seruit, quam & nobis ipsi & proximo debemus. Quia enim durabile non est quod requie caret, otium quoddam sanctum Deus praecipit, vt insatiabilem hominum cupiditatem frangat, qui tam seipsum quam seruiturum nimis laboribus exhauriunt, modo lucrum faciant. Qua causa est, quod in sabbati praecipito seruorum modo, vt etiam iumentorum mentionem facit. Hic ergo requiritur, vt vel vobis vel nostris vllis laboribus grauemus, quae fidei & religionis exercitium impedire, aut corpus distingerent, neue proximo nostro alicuius molestiae auctores simus, sed potius charitatis memoriam venerationem hoc die potissimum exerceamus, vt simul nobiscum gaudere possint, quos alioqui remotaopia & egestas contristare solet. Huc facit, quod peregrinos & pauperes diebus festis Deus vobis commendatissimos esse vult. Nehemias quoq[ue] huius meminit, de verbo & legitimo festorum vsu dicens. Et Paulus Apostolus diebus sabbati vel Dominicis collectas fieri iubet, quibus egenorum trum inopia succurratur.

Exod. 20. 16. Leuit. 19. 26.

Hebr. 4.

Deut. 16. Nehem. 8. 2. Cor. 16.

Abusus Sabbati multiplex.

Atqui ex his simul patet, quis nam & quam multiplex sabbati vel dominici diei abusus sit. Peccant enim qui ferias nouas ex suo capite contra Dei praecipitum (qui non minus sex diebus quiescere, quam septimo ferari iussit) instituant, & easdem diuis consecrant, cum omnis quies Dei & Domini sabbatum esse debeat. Peccant etiam, qui in sabbato nihil praeter inane otium spectant, interim vero fidei & religionis exercitia negligunt. Peccant item, qui diem hunc superbia, festiuitate, poculis & impuro voluptatum studio tribuunt, quos D. Augustinus notat, dicens: Quis melius est carare, quam saltare? Peccant praeterea, qui charitatis immemores, avaritia amentis flammam laborant, & simul seruos atq[ue] ancillas operibus faciendis exercent, vel omisso religionis studio, merces vendunt, rationes subducunt, & debita exigunt non absq[ue] graui miserorum debitorum molestia. Sunt peccata haec vulgaria hodie, sed horrenda, & quae olim Deus seuerissimi diebus est. Et vltimo totius gentis Iudaicae misera captiuitate in Babylone puniuit, sicuti propheta testatur. Et vltimus est Ieremiae locus, in quo sabbati obseruatoribus amplissima praemia Deus promittit, cum illi vero transgressoribus horribiles penas minatur. In quorum consideratione, non minus vobis modo, vt etiam patres familias, & imprimis magistratus vsurari decet, ad quos curam

Thren. 1. Ezech. 20. 22. 23. &c. Ierem. 17.

hanc perire. Nehe mie exemplum docet, quod Imperatores Christianos olim secutos fuisse legimus. Nehem. 11.  
 Extat enim Leonis & Anthemij lex, cuius hec verba sunt: Dies festos, maiestati altissimi dedica-  
 tis, nullis voluptatibus occupari, neq. ullis exactionum vexationibus profanari. Dominicum item  
 diem imperator honorabilem decernimus venerandum, ut à cunctis executionibus excusetur, nulla quen-  
 quam urgeat admonitio, nulla fideiusionis flagiretur exactio. taceat apparatus, advocatio deliteat,  
 sit ille dies à cognitionibus alienus. Item: Nec huius tamen religiosi diei otia relaxantes, obscenis qui-  
 buslibet patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die vindicet sibi scena theatralis, aut Circense  
 certamen, aut ferarum lachrymosa spectacula, etiamsi in nostro ortu aut natali celebranda solemnitas  
 incidere, differatur. Amissionem militiae proscriptio nemq. patrimonij sustinebit, si quis unquam  
 hoc die festo spectaculis interesse, vel cuiuscumq. iudicis apparitor prætextu negotij publici seu priva-  
 ti, que lege hac sacrae sunt, crederit temeranda. Hæc olim Christiani principes curarunt. Ac  
 hodie ista vix episcopus curare solet. Regnat ergo peccandi libido & avaritiæ studium, quò sit, ut Deus  
 immanem sui nominis contemptum horrendis penis vlciscatur.

Lex imperato-  
 ria de die do-  
 minico.

Porò priusquam dicendi finis fiat, nostre restitutionis mysterium considerari debet, quod præ-  
 senti miraculo adumbratur. Est enim homo iste typus omnium nostrum, quorum dextera, id est,  
 virtus & facultates bene operandi, ex ingenita corruptione exaruerunt, & ita mutilatæ sunt, ut ex  
 illis ipsis non simus idonei, ne ad cogitandum quidem. Acerbior tamen adhuc & miserior illorum  
 conditio est, qui humanis et aditionibus ligati, in libertatem spiritus eluctari non possunt. Hæc om-  
 nia Christus medetur, qui verbi sui gladio humanarum et aditionum vincula solvit & abscindit,  
 et cuius verbi simul celestis illius regenerationis semen est, ex quo renati novas vires concipimus,  
 in Christo possumus omnia, et eidem insti in illo fructus dignos feramus. Hunc ergo amplectamur,  
 et æterno fruamur sabbato, quando in celos translati cum illo vivemus & regnabimus, cui debetur  
 laudatio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Typus nostra  
 restitutionis  
 in Christo.  
 2. Cor. 3.

1. Pet. 1.  
 Phil. 4.  
 1040. 133

Egressi autem pharisæi, statim unâ cum Herodianis consilium in-  
 bant aduersus eum, ut illum perderent. Iesus autem cum discipulis suis  
 fecisset ad mare, & ingens multitudo à Galilæa secuta est eum, & ab Lu-  
 dæa, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa  
 Tyrum habitabant & Sidonem, hominum multitudo magna: qui cum  
 audissent quæ faciebat, uenerunt ad eum. Et iussit Iesus discipulis suis,  
 ut nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne ipsum premerent. Mul-  
 tos enim sanauit, ita ut irruerent in eum, quò illum tangerent, quot-  
 quot flagellis tenebantur. Et spiritus immundus, cum illum uiderent,  
 procidebant ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Et ualde inter-  
 minabatur eis, ne se manifestum facerent.

Quemadmodum Christi Iesu erga nos studium & immensa beneficia Euangeliste diligenter  
 commemorant: Ita mundi quoq. ingrati tudinem describunt, qui (ut Ioannes ait) in sua ve-  
 ritate recipere noluit. Nobis vero hic omnium illorum usus est, ne offendamur, quando eadem in-  
 gratitudine mundum hodie etiam aduersus Christi doctrinam pugnare videmus. Quòd cum primis re-  
 fertur de hoc præsens historia. Postquam enim narrauit Marcus, ut veram sabbati rationem Christus  
 redderet, & doctrinam suam miraculo confirmaret: modo quid aduersus illum pharisæi tentarint  
 prædicat, docens simul quid præterea ille fecerit, quamq. uani fuerint hostium ipsius conatus. Quæ si  
 per singulas partes considerentur, nostre cum institutioni tam consolationi plurimum seruiunt.

Argumentum  
 & usus præsen-  
 tis loci.

Principio pharisæi producuntur, qui (ut Lucas ait) amentia repleti, unâ cum Herodianis de  
 Christo occidendo consultarunt. Est hoc execrabilis impietatis exemplum, quando illum occisum uo-  
 lunt, qui de re omnibus cognita necessaria amicitiam disputarat, nec quicquam in illos dixerat con-  
 demnatiois, & insuper homini misero & calamitoso maximi beneficii auctor fuerat. Sed vulgo re-  
 tant.

1. Pharisæi de  
 Christo occi-  
 dendo consulta-  
 rant.